
RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.E S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibl. Amer. Vetustissima.

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6
puis pièces 1 à 30.

P. 1 – – Daté de 1522 }
2. – id –
3. circa 1522
4 – –
5} – –
6} Daté de 1522

Ces six premières pièces forment les ffs. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 – Pellechet 4090
2 (7) – 416 – 3230
3 (8) – omis – omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 – 5060 et un 4e ex.
OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 – 3862
5 (10) – 465
6 (11) – 675
7 (12) – omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 – 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) – omis – omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 – 5019)
9* (15) – omis –
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) – omis
(cf OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) – 653
11 (18) – 665
12-13 (19) – 674 Pellechet 2048
14 (20) – omis
(cf OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) – 461 Pellechet 4816
16 (22) – 588 – 4433
17 (23) – 590 – 2836
18 (24) – omis mais sous le n°
832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe
pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erreur
19 (25) – 534
20 (26) – 792
21 (27) – 419 coté à tort [351] ?

T.S.V.P.

22 (28) . Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n°(9) Lettre de Christophe Colomb.

¶Reuerendo Iuris conſulto dn̄o Iohanni Antonio de ſancto Georgio Ep̄o Alexandrino ſanctiſſimi dn̄i nr̄i papę Referēdario ſacri Palatii ap̄lici cauſaꝝ Auditori ꝛc·



Rationem his ſtudiis quibus tua eruditione inuigilaui & cōſuetudini meæ repugnantē: iuſſu tn̄ prius illuſtriſſimi Principis Bonifacii Marchiōis Montiſferrati pro obędiētia pręſtāda in ſummo Pōtificatu Alexādri·vi·Pōtificis maximi per me habitā: hodieq; uelo ci manu & efragmētis quibuſdā meis in unum congeſtam: ad te mitto qui illam pro eo ꝙ apud pontificem geris officio requiſiſti: gratum fuit admodum ꝙ prius tuas in manus inciderit: Tum officii tui iure: tum maxime quia eius examen & cenſuram ſubitura eſt: qui ſumma me ſemper proſecutus eſt beniuolentia: eam pater & præceptor mi optime pro temporis neceſſitate corrigito: & dirigito me in ſemitam rectam: quia ſeruus tuus ego ſum: nec facile aberrauerim ſi lucerna fulgoris tui illuminabit me· Romæ tertiodecimo kal̄· Marcii Anno xp̄i· M·cccc·xciii·

E·R·D·V·filius Beneuenutus de ſancto Georgio Eques Iheroſolimitanus Illuſtriſſimi dn̄i Marchionis Montiſferrati Orator·

¶ Oratio in Consistorio publico Romę per magnificũ & generosum dñm Beneuenutũ de sancto Georgio Blandrate Comitẽ equitem Iherosolimitanũ & doctorẽ in Pontificatu Alexandri·vi·Pontificis maximi:pro illustrissimo & excelleñ:dño suo dño Bonifacio Marchione Montisferrati habita:Anno christi·M·cccc·lxxxxiii·

NOn fuit satis maxime pontifex Alexander ꝙ fausto fœlice & iucundissimo tue ad summũ pontificatus culmẽ assumptionis accepto nũtio Bonifacius Marchio Montisferrati princeps noster illustrissimus publicas in urbibus & poplis suis lęticias atq̃ in templis per sanctos sacerdotes ĩmortales & bonoꝝ oĩm retributori deo gr̃as agẽdas:debitosq̃ honores & pia thura urenda instituerint:qđ te ad sacram beati Petri sedem uocauerit:dilectissimeq̃ filii sui dñi nostri Iesu xp̃i in terris uices & greges sui curam crediderit:nisi ad tuã nos sanctitatẽ misisset quo suã erga te & sanctam apl̃orum sedem:fidem:obseruantiã:obedientiam:& gaudii magnitudinẽ:ꝙ pro hac tanta re cõcepit significaremus·Optacius enim iucundiusq̃ nihil ei contingere potuisset in uita quam te sacrosanctę Romanę ecclesię diuina ꝓuidentia prefectum esse dicere·Cum ad tuę sublimatiõis optatissimũ nunci

Exordit·

iucunditatẽ et gaudium apperit·

um duplices tendens ad sydera palmas: Nunc dimit-
tis inquit seruum tuum domine in pace: Quia uide-
runt oculi mei nauiculæ Petri eum obtigisse guber
natorem: cuius auspiciis & moderamine intutissimū
salutis portum perducatur. Cuiusq; prudentia & au
ctoritate possit xp̄iana religio tuta: securaq; quiesce-
re Nihilq; tibi & huic sacratissimæ sedi tam glorio-
sum: tam accomodatum tamq; prosperum succedere
potuit unq̄ uł potest; q̄ iure sibi pro eo qd est catho
lice fidei cultor singularissimus non putet p̄iter esse
cōmune. Et quidē maiore ac penitus incredibile pro
hoc tanto & tam cōmuni bono: afficit gaudio Prin
ceps noster q̄ nostra inculta: inerudita tam celeber-
Excusatio rimo concessu indigna consequi ualeat oratio. Fate-
bor enim ingenue atq; affirmabo pater optime ma-
ximeq; ex multis aliorū Principum qui eadem qua
nos causa ad te confluunt orōnibus: maioris elegan
tiæ: maioris ornatus: maiorisq; doctrinæ oratiōes au
diuisse te: & auditurum esse maioris uero officii: gra
uioris pietatis: sincerioris affectus: principiorisq; fi-
dei nuncias: fortasse paucas. Id eni ab eo melius: ue-
Diuisio riusq; fit in quo quidem plures urgentioresq;. Qua-
re id faciat subsunt causas: quas esse in Principe no-
stro quia facile te perspicere existimamus ad presens
exponere nostri muneris esse non duximus: Ne hoc
tēpore quo oportunius de te: de tuis uirtutibus: deq;
causis iustissimis tuæ ad istud diuinum solium sub-

limationis magis agētis est· Alienas laudes intexere uideamur· Cum uero sis Calisti tertii Pōtificat9 maximi nepos; & manuū opus isq; diuino aflatus numine te eum fore qui tāto gubernaculo necessarius esses auguratus fuerat: Non erit alienū ipsius imprimis fœlicem excitare memoriam; Cui nihil potius sint quā consulere cōmuni oīm bono: quam ꝓspicere publice xp̄ianorum oīm utilitati & gloriæ: quā ea sequi & complecti quæ Ro· pontificatui: & splendori: & ornamento futura essent· Recte igitur in omnibus acctionibns suis deum pre se ferebat: suorumq; omnium cōmodorum oblitus: Referebat omnia ad amplitudinem: ad dignitatem summi pontificatus· Et ne ullam sapientiæ partem neglexisse uideret̃ in uita: intelligeretq; duo esse uiuendi genera: alteꝝ cōtemplatiuum: alterum actiuum Et rursus actionum alias esse bellicas: alias esse urbanas; quicq̄ temporibus ei ab intelligentia diuinarum atq; admirabiliū rerū supperaret: id omne ita ad uirtutes bellicas trāsferebat: ut urbanas nunq̄ a se reiceret· Cum hec omnia ad xp̄ianæ religionis dignitatem: decus & gloriā nihilq; p̄termittebat: qđ ad belli gerendi: ad uictorię consequendæ ratiouem: ad delēdum crudelissimum Turcorum genus: ad compescendos Italię maximos turbines attineret· De cuius tandem religione: pietate: iusticia: clementia: animi magnitudine: grauissimoq; consilio; & magna in summis negociis obeun

Aemulatio laudis calisti

dis fortitudine & constantia. De iuris pontificii ciui
lisq; doctrina. de liberalitate erga oẽs uiros bonos et
graues: quod maxime Ro. decet pontificem superua
caneum: puto hoc loco uerba facere ubi frequẽti ser-
mone predicant̄. Cuius tamen eulogium eterna me
moria dignum & memori tractandum pectore silen
tio pretereundum non duxi. Quo Ro. pontifici ni-
hil difficilius q̃ se optimum prestare. Nihil item fa-
cilius esse aiebat: q̄ quã dum habeat neminẽ ex tam
graui cõcessu: p̄sertim te maxĩe Pont. ignorare puto
Sed genus & proauos & quę non fecimus ipi uix ea
nostra uoco. Ad te igitur ex quo totius orationis ar
gumentum pendet & fundamentum iniectum est:
ut sermonem conuertamus omnibus gratum magis
esse conspicimus: licet tu pro tua modestia sanctissi-
mi patrui tui laudes equiore animo libentiusq; q̃ tu-
as audias. Nec sane te coram tuis de laudibus. Ideo
agendum instituimus ut tibi adulemur q̄ a nostra
nostriq; integerrimi principis consuetudine prorsus
alienum est. Sed ut uera dicendo sapientissimoꝝ ui-
roꝝ qui te pontificem elegerunt iudicium decretũq;
comprobemus: principisq; nostri iustam gratulatio-
nis ac gaudii causam reperiam9. Vrget etiam id ma
xime quoniã uirtuti gloria semper comes fuit: quæ
quanto magis tegit̄ & spernit̄: hanc tamen inuitam
blande uestigat & ultro ambit honor. Decuit totus
a rure profectus lictor: & in mediis consul quesitus

ad Alexan. ꝓperat oro

aratrix. Qui igitur benefacit: de se quoqꝫ bene ut audiat necesse est. Deus omnipotens qui agit oia semper pro summa infinitaqꝫ prouidentia populi sui afflictionem respiciens. Te idcirco quintum a Calisto ad pontificatum omnium suffragiis fortunatissime uocauit: & quasi lucidissimum sidus uix in tenebris agente populo constituit. Quod sanctissimum prudentissimum grauissimũqꝫ esse cognosceret. Quiqꝫ tot rerum pericula: tot naufragia expertus: fluctuantem Petri nauiculam optime releuare. Et famelicos lupos ab ouili suo caute arcere noscis. Quid enim tibi per deum immortalem natura fortuna denegauit quod homini fas sit optare. Qui patriam celebrem: parentes claros: familiam generosam: ingenium acre & ex cæteris corporis robur: ac ingenium habunde largita est: quo esses ad id mun9 ad quod te deus destinauerat omni parte aptissimus. Quæ preterea negociorum grauitas: aut Romanæ ecclesiæ conditio: temporumqꝫ difficultas contigit unq̃ quam non sis expertus quæ ue tuo non cesserit consilio. Cardineñ munus & Vicecancellariatus officium ad quod prope omnes graues pontificis referuntur expeditiones ubiqꝫ maxima ecclesiasticarum rerum molis uersat. Tanta cum laude: tanta cum omni curialium beniuolentia: & admiratione egisti: ut ad istud fastigium iure & etiam merito perueneris: eiusqꝫ militiæ emeritus sis. Triumphalem quoqꝫ coronam gerens:

Alexandri laudes

laudes abex perieñ & genere suo

laus a bñgestis officiis.

In quam bene in quam digne: in quam deniq; lauda biliter dimicaueris. Exiſtimantis cunctis tantæ di‑gnitatis onus: quia nulla in terris pręſtantior habetᷣ nulliuſq; humeris iuſtius aut melius q̄ tibi hoc tem pore credi potuiſſe: Qui pulcherrimaꝝ rerum expe‑rimenta dediſſes: Cuiq; dominicum gregem iam an tea (ut ita dixerim) mercenarius e luporum faucibus ſepenumero eruiſti: bonis ſaltibus egiſti: ſalubribus floribus pauiſti. Cuiuſq; uocem dominicæ oues au‑diunt: norunt & ſequuntur. Et ne quidem eius mer‑cenarii morem qui uidet ad ſe uenientem lupũ & fu‑git tanq̄ ad eum de ouibus nõ pertineat: ſed eius pro fecto qui dño ſuo cõmiſſum gregem. Cuiq; in par‑tem paſtoralis ſolicitudinis adiectus haud ſecus: quã proprium & ſuæ tantũmodo curæ commiſſum cariſſime protexit: educauitq;. Cum igiť ſis ſapiẽtiſ‑ſimus & late tibi ſit cuſtodia credita campi: Conſti‑tueritq; te omnipotẽs deus ſuper gentes & regna ut edifices: deſtruas: plantes & euellas quis dubitet. Te ſuper gregem tuum eſſe uigilantiſſimũ quandoqui‑dem nõ decet in totam ſapientem ſtertere noctẽ. Et quemadmodũ periclem Athenienſem uirum ſapien tem cum preturam ad ſe delatã geſturus eſſet: dixiſ‑ſe ferũt. Caue pericles in liberos homines magiſtra‑tum geres & eos Græcos atq; Athenienſes ita mini‑me heſitandum eſt te ſupremo animo uerſare: tum quem magiſtratũ: tum apud quos geras: dareq; ope‑

ram ut opinionē quę de uirtute sapientiaq; tua apud
ciues maxima est non modo expleas: Verum etiam
longe superes. Quandoquidem natalis terra te ap-
tissimum genuit: alumna Roma adiuuit. Officia in
stituerunt: exercitationes liberalesq; doctrinæ erudi
erunt: diuinum numen impulit: sanctissimorum ui-
rorum suffragationes induxerunt. Et ne quid desit
accedat quod ex Borgia Hyspaniæ gētis clarissimā
familiam originem ducis quod Calistus patru9 edu
cauit: instituit: atq; huius tantæ dignitatis gradum
pręparauit: Ad hæc cum omnis anteactę uitę tuę ra-
tio atq; institutio ad diuinam laudem & gloriā sem-
per intenta atq; erecta fuerit: a uoluptatibusq; libero
homine indignis prorsus abhorruerit: pontificatum
eo te animo iniisse coniectandū est: ut tibi oneri ma
gis q̄ honori accederet: Prodessesq; in eo poti9 q̄ pre
esses. Cum non ignores hoc esse pontificis munus:
ut ad cōmoda salutemq; Reipublicæ se totum cōue
nerat: ac neq; ut pontificatum sibi: sed ut ipe se ponti
ficatui aliget & dediturum faciat. Qui tamen p̄sunt
Augustino teste meroribus q̄ honoribus afficiun-
tur magnis: Cum sint tanq̄ signum ad sagittam ex-
positi. Alexandri præterea nomen bona ut arbitra-
mur ratione: & bono omine assumpsisti: ꝗ Alexan-
dros oēs tum pōtifices: tum imperatores exactos pō
tificatum: imperiumq; fœlicissime gessisse noueris
atq; huic ideo nomini decreta syderum fortunamq;

Borgia familia.

Laus a suo nomine

relegari:nec minus etiã digne pontificatus huius nominis grauitati q̃ nomen ip̃m pontificatui & regius tuus aspectus:ac de cęlo tracta spés utriq; & nomini & pontificatui apte coniungitur. Alexander namq; græca lingua auxiliator uir dicitur:cuius significationé uerbi admoneris ꝙ & facis humanis laboribus te auxiliatorem aduictorem pręstare. In maximam quoq; & amplissimam tui nominis laudem cedit ꝙ litteris diuinis & humanis oblectaris maxime & qui dignitatis gradu cæteris mortalibus omnibus præstas. Ita amplitudine pręstantiaq; uirtutis cũctis superior iudiceris. Non enĩ apud te minus q̃ apud ueteres illa diuini Platonis ualuit sententia:qua tum demum Resp. beatas censuit. Si aut Philosophi regnarent:aut Reges philosopharent: oĩm namq; artifex est sapientia:quæ ubi cum regali maiestare coniungitur:admirabile nescio qd̃ pręstat. Et hi uel pontifices uel Imperatores excellẽtissimi in primis semper sunt habiti:qui & litteratissimi eruditissimiq; fuere.

laus lr̃arum scientia

Nec omiserim his annũciare optimam facundiam et in explicandis consiliis :sententiisq; tuis eloquentiæ uim magnam & admirandam:corporis formam honestam:ac imperio dignam & dignitatem liberalem his tantis & tam pulchris naturæ memorib9: studio quoq; plurima addidisti:pręsertim diuturnã tractandorum rerum exercitationem singularem: ex longo usu prudentiam. Neq; enim ad istud dignitatis cul-

laus ab eloquẽtia et corporis forma

men repente & quasi pale actus ad spacii finē impulsus. Sed consulto: sed mature: sed multis magnisq; rebus & dignitatum gradibus periclitata prudentia tua: ad summum meritumq; dignitatis culmen deo aspirante: & sapientibus uiris adiuuātibus prouect9 es. Quid ergo de te plura aut maiora desiderabimus quandoq; de uirtute omnis religio: iusticia: liberalitas: clementia: affabilitas: probitas: pietasq;: fidesq;: quæ tecum ab immatura etate prodierunt cōcomitantur. Teq; omnibus populis: omnibus nationib9 admirabilē te summe uenerandum credunt. Mirari igitur debet nemo q̃ prestantissimus Princeps noster læticiam immortalem: gaudium incredibile: uoluntatem incomparabilem te Pontificem declaratū susceperit. In quem tot sunt congesta bona: tot animi dotes: quo duce: quo pastore salutis portum augusta tempora nacti sumus. Erit enim sicut iam presensit Auruspex: syderumq; scrutrix in diebus tuis iusticia: & habundātia pacis in terra hominibus bone uoluntatis. Iniquos autem dextera potentiæ tuæ conteret. Superq; aspidem & Basilicum ambulabis: & conculcabis Leonem & Draconem.

Aemulatio

decretũ Cardinaliũ approbat

¶ Monuerũt immo impulerũt hęc ingentia tua merita Pater beatissime hos reuerendissimos patres dominos Cardinales totius orbis lumina ut te xp̃ianæ reĩ preferent: sacerdotem maximum constituerunt. Quippe qui prẹter ingenii acrimoniam & excellẽtiã preterq; honestarum artium doctrinam ut uno concludam uerbo perspexerũt omnia in te esse quę Romano pontifici uel necessaria uel opportuna esse putantur. Quo fit ut uniuersa christiana Respu. reuerendissimis dominis Cardinalibus immortales: incredibiles habeant gratias: optimumq; decretum uestrum summis laudibus afferant Nec enim nõ optimi censeri debent hii qui Principes sibi optimos deligunt. Talis profecto & tantus est his quem elegistis patres ut nunc erutus amaret.

Viuere sub regno tali succumberet aulæ
Fabricius cuperent ipi seruire cathones
In quo tam uario uocum generumq; tumultu
Tanta quies iurisq; metus seruator honesti
Vt nihil aut seuum rabies aut turpe libido
Suadere placidi seruirent legibus enses.

Conclusio.

¶ At deniq; iam cõuenit ut laudum tuarum turgentia uel aprestringamus: idq; cuius causa legati missi sumus exequamur. Venimus inq̃ ut te dñi nostri Iesu xp̃i in terris uicariũ & beati Petri ue℞ successorẽ: religioĩsq; xp̃iane p̃rem ducẽ principẽ et moderatorẽ

Præstatio obedientiæ.

iuxta sanctorum patrum decreta et consilia agnosca mus & q̃maxime possimus ueneremur utq; antiquã illustrissimi Bonifacii Marchiõis Mõtisferrati prin cipis nostri obedientiam & reuerentiam tibi aposto lorum Principis uice deuoueam9:dedissemusq;:quã dicamus & pollicemur: Seq; illustrissimam Mariã coniugem que nedum religione:pietate:pudicicia:li berali forma: Sed etiam cæteris regiis uirtutibus ita prędita est:ut ad septrum nata esse uideatur una cũ duobus filiis adhuc infantibus: formæ tamen egre gíæ & indolis admirandæ: quos ego angelulos ap pello·Statumq; uniuersum tibi cõmendatos efficia mus: quos tu in tuos & sanctæ Romanæ ecclesiæ fi lios obsequẽtissimos & deditissimos ac fuere hacte nus admittere dignabere· Est enim splendidissima: peruetusta:& cęsarea familia de Romana eccl'ia mul tum merita:quæ Romanum Pontificem & ecclesiæ partes quocunq; res se se contuderint nunq̃ deseruit quæ eius monita humilime suscepit: quę religionem semper coluit:quæ christum nominis hostes sępenu mero profligauit·Iherosolimitanumq; imperium ec clesiæ Romañ aliquando subegit:quæ ecclesiis plu ra contulit:quas proprio patrimonio fundauit:dita uit & erexit Cuiusq; tãdem fides & deuotio adeo no ta est ut noxius sit nihil·Congaudet ergo tibi & di gnitati tuæ Princeps noster ut religiosissimus: non quantum cæteri fecere:sed quantum nulli magis:Et

De familia Mõtisferra ti q; de Ro· ec·sit bñme rita

Cõgaudes

non quantum dici aut excogitari potest : sed supra-
dici aut excogitari facit fas sit: opesq; omnes & quas-
cunq; dires & fortunas suas ad incrementum tuæ di-
gnitatis & tui sacratissimi nominis exponimus & di-
camus. Reliquum uero est: deum omnipotenté uni-
uersi conditorem unigenitumq; eius filium qui pro
Petro rogauit ne defficeret fides eius pie compreca-
mur: obtestemurq; et te nobis & toti Reipub. chri-
stianæ pro pietate sua quam diutissime fœlicem con-
seruet. Præstetq; tibi Abrahe fidem: Ioseph castita-
tem: Indith abstinentiam: Ruth laborandi cedulita-
tem: Dauid humilitatem: Iob & Thobiæ paciétiam:
& Boos largitatem. Postremoq; nomini tuo eterni-
tatem adiciat.

de fide abrahę. Geñ. xv de castitate Iosep. geñ. xxxix. indith absti neñ. Dañ. i.

¶ Dixi.

